et Absolutam pronunciat Inscriptiones in toto et totas Cassat Mortificat et Annihilat Recognoscens sibi summam suprascriptam realem praestitam esse persolutionem.

Fredro Nowosielecką Quietat

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensis Capitanatus Premisliensis Generosus Stanislaus de Plessowice Fredro Vicepalatinus Premisliensis sanus mente et corpore expressus a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Vo Jurisdictioni Castrensis Capitanatus Premisliensis quoad Actum praesentem attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum Recognovit Quia ipse Generosam Annam de Plessowice Generosi Michaelis Nowosielecki Consortem legitimam et eius Posteros de summa Duorum Millium florenorum polonicalium per ipsam sibi Recognoscentis Actis praesentibus Castrensis Premisliensis modo simplicis debiti Seu alio quovis ad solvendum Inscripta Jam Vero realiter persoluta Necnon de ipsa Inscriptione modo praemisso facta de praemissis latiore quietat emittit Liberamque et Absolutam pronunciat Inscriptionem praefatam Cassat Recognoscens summam suprascriptam realem praestitam esse persolutionem.

Actum in Castro Premisliensi Fra Sexta intra Octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi Dni Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto.

5/VI 1654